

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 4 *

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani ^{sup} obitum Rudolfi Imperatoris
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua
 vestam iheresum M. Petri a Fera.
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni
 Cremeri.
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-
 pi Anhaltino sponte scripta.
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-
 tino scripta a Collegis schole Serventare.
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-
 haltini Abrahami Cremeri.
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.
 XVII. Abrahami Vbiici Diagraphe Laboris
 Scholastici.
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio
 imposita.
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-
 derici Widebrani.
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobenii Copperij
 post Magisterij eutum pronunciata.
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisie Servente
 ne Daniellis Berckingeri.
 XXIV. Desortatio a Calennijs.
 XXV. Germania ad Principem epistola At:
 Martino Praetorio.
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-
 meri.
 XXIX. Triginta Fieverum M. Christiani Galli
 Italo-Saxonis.
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-
 nis Ernesti Wulstorfii.
 XXXI. Etiam
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen
 XXXIII. Iohannis Cremeri.
 XXXIV. In honorem Notariatus Valentin
 ni Gelani.
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida
 Christophori Heroldi.
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi
 4. V. D.
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo
 Nicolai Maij.

¶ LXVI.

In

Honorem Nuptiarum

Viri Honoratissimi, Ornatisissimi,
Exercitatissimi

DN. DAVIDIS

FRIIDERICI,

Artis Pæoniæ Peritissimi ac
Chirurgi Felicissimi,

SPONSI

Cum

Virgine Leetissima ac Pudicissimâ

SOPHIA

DN. ANDREAE REUTHII

Civis Bernburgensis primarii
Filiâ,

SPONSA

Bernburgi A. D. XI. Cal. Februarii

Anno CID. IDC. X XI.

Celebratarum.

Apud Zachariam Dörfferum,

ANNO M. DC. XXI.





Est, FRIDERICE, tibi flavo preciosiorauro
Sponsa SOPHIA, vag⁹ quod Tag⁹ amnis habet:
Scilicet hæc priscæ specimen Probitatis & auctum
Doctrinæ cultu divite pectus alit:
Hæc est cincta piis virtutibus, omnibus atq;
Virginibus præstat moribus aucta suis:
Hæc est in primis donata pudoris amore,
Hæc quoq; non fastus signa superba gerit:
Hæc, inquam, tua Sponsa bonæ plenissima famæ
Te colit en Dominum corde fovetq; Virum,
Exhilarat mentem, tristeis lenitq; dolores,
Tristi corde tuo cuncta fugatq; mala.
Ergo, Sponse, Deo grates dic pectore magnas,
Lætaq; clementi carmina redde Deo,
Gratuito talem dederit quod munere Sponsam,
Nam Deus exaudit vota precesq; pias.
Et tu, Sponsa, Deum noctes celebrato diesqué,
Quæ nacta es tali conditione Virum:
Qui succurrit ope medicâ languentibus ægris,
Et tollit morbidura pericla gravis:
Qui varias vario cum fructu visitat urbes,
Et magna curâ per juga ducit iter:
Utq; sibi magnum nomen famamq; pararet,
Exercet duri grande laboris onus.

Interea vigili Conjunx fidissima mente
Sedula tu curam suscipe, quæso, domus,
Sacra frequens Templi laquearia vise, revise,
Sitq; tibi verâ nil Pietate prius:
Assiduisq; Deum precibus reverenter adora,
Sollicita q; tuâ voce gemente Deum,
Ipse tuum Laribus Socium vitæ atq; laboris
Reddat ut incolumem Duxq; Comesq; viæ.
Quod superest, tædis benedicant Numinæ vestris,
Vestram ornentq; suis fructibus illa domum:
Vivite felices, adsint concordia corda,
Absint à vestro jurgia cuncta toro.
Dilige, Sponse, tuam sincero pectore Sponsam,
Sponseq; Nestoreos vive beate dies:
Dilige, Sponsa, tuum sincero pectore Sponsum,
Sponsaq; Cumææ secula Vatis agc.


Chronologicum.

Vt VICena seCVnDa poLo IanVarla LVXIt
LVX, Sponse eCCetIbISponsa VenVsta DatVr.

Th

IN CLOCE

A



Hr / Herr Breutgarn / scheßt ewre
Braut /
Welche Euch von Gott ist ge-
trawt /
Höher als das schönste Golt /
Wiemans im Tago wünschen wolt :
Dann die Braut Frömmigkeit vnd Ehr
Liebet über die maasse sehr /
Sie hört mit fleiß an Gottes Wort /
Drumb wirdt Sie sindē gross lohn dort /
Sie ist mit Tugendn schön geschmückt /
Vnd in Sitten gar wohl geschickt /
Auch die Tugent Schamhaftigkeit
In Ihr zuspüren ist allzeit /
Dieses ist auch ein läblich ding /
Das Sie Hoffart achtet gering /
Die Braut / welch gelobt wirdt allzeit /
Vnd Ihr Name weit auszgebret /

Thut allein Euch lieben / hochehrn
Vnd dienen als einen Hausherrn /
Vnd wann Euch vnglück stossen an /
Thut Sie trewlichen bey Euch stahn /
Vnd Euch in ewrm Creuz trösten wohl /
Wie es auch Ihr gebühren soll.
Derhalben sagt Gott lob vnd dank /
Vnd preiset Ihn mit Lobgesang /
Das Er iho Euch hat verehrt /
Ein getrewe Hausherr beschert.
Ihr Braut rufst Gott an tag vnd Nacht /
Dass Er Euch so reich hat gemacht /
Vnd Euch ein solchen Herrn gegebn /
Der Ewr Trost ist in diesem lebn /
Also sag Ich der franken thut
Durch Gott machen gesund vnd gut /
Der da viel schön Städ़t visitirt /
Mit grosser müh peregrinirt :
Das Er mag viel Ruhm davon tragn /
Sich gar oft in gefahr thut wagn.

Unter



Unterdessen solt Ihr mit fleiß/
Das haß regieren guter weiß/
Dann Ihr seid die Gehülfin sein/
Vnd herscht über das seine sein/
Ihr sollet auch vor allen dingn
Ewr leben in Gottsfurcht zubringn/
Vnd sollet Gott den HERREN darnebn
Mit stetigem Gebet anlegn/
Das Er ewren Haßwirth gesund
Woll erhalten zu iede stund/
Vnd wolt Ihn also bringen z Haß/
Wie Er von Euch gereiset auf.
Hiernebn wil Ich Euch gewünscht han/
Das alles glück möcht bey Euch gahn/
Gott woll Euch im Ehestand gebn
Alle wolhart in diesem lebn/
Zanck vnd zwietracht sey weit von dann/
Das Ihr ein herz vnd willn möcht han/
Vnd Ihr Herr Breutgam mit ewr Braut/
Die da Euch durch Gott ist getraut/
Möcht



Möcht ewer leben lang zubringn
Vnd Sie lieben vor allendingn /
Deszgleichn auch Ihr mit ewrm Breutgam
Möcht mit frewden ins Alter gahn /
Vnd Ihn sehr liebn zu aller frist /
Solches von Mir Euch gewunscht ist.

*Affinitatis ergo
faciebat*

Christianus Reuthius
Bernburgo-Anhal-
tinus.



ALIUD



ALIUD EIUSDEM.

R Ecte facis, FRIDRICE,
Quod Conjugem SOPHIAm
Pulcram puellam tædis
Tuis dicatam ducas :

Hæc est Sophia bella,
Nitentior metallo,
Auro nitentiorq;,
Gemmis nitentiorq;,
Hæc suavior vinog;,
Hæc dulcior mustog;,
Hæc est S O P H I A, inquam, ipsa
Laudans, honorans, cantans
Et voce & ore & cantu
Deum suum supremum,
Toriq; servatorem,
Poliq; regnatum,
Soliq; quassatorem,
Saliq; factatorem.

Quare Sophiam, Sponse,
Sponsam tuam novellam,
Tibi quam dedit Jehova,
Fove, fove inquam, Sponse,
Sponsam tuam novellam,
Auro nitentiorem,
Auroq; cariorem,
Gemmisq; clariorem,
Vinoq; suaviorem,
Mustoq; dulciorem :
Ama Sophiam, Sponse,
Sponsam tuam novellam :

Amat Sophia Sponsa
Orisq; suavitatem,
Vocisq; dulcitatem,
Frontisq; pulcritatem,
Cordisq; castitatem,
Omni perennitate
Hac in Sophiâ Sponsâ
Tuâ puellâ bella
Cordisq; castitasq;
Florescit & durescit,
Frontisq; pulcritasq;
Nitescit & clarescit,
Vocusq; dulcitasq;
Virescit & vigescit,
Vigescit & virescit
Orisq; suavitasq;
Hac in Sophiâ Sponsâ
Tuâ, puellâ bella
Omni perennitate.
O belle FRIDERICE,
O FRIDERICE belle,
Tuam Sophiam Sponsam
Quâ nominatione
Et quâ vocatione
Vocabis, nominabis.
Meam Sophiam Sponsam
Puellulam venustam,
Puellulam novellam,
Puellulam tenellam,
Tenerimam puellam,

Pul-

Pulcerrimam puellam,
Amiculam puellam,
Mellitulam puellam,
Persiculam puellam,
Formosulam puellam,
Jocosulam puellam,
Rosam, rosellam bellam
Vocabo, nominabo:
Vocabo, nominabo
Sophiolam meamq;
Puellulam meamq;
Meamq; Virginellam
Amasiam meamq;
Suavissimam puellam,
Dulcissimam puellam,
Carissimam puellam,
Sanctissimam puellam.
Nempe ejus instar ignis
Est fulgurans ocellus,
Ocellus ejus instar
Carbunculorum est flagrans:
Eius labellum bellum,
Argenteum labellum,
Eburneum labellum,
Corallinum labellum
Labellulumq; bellum
Et melleum labellum
Præcellit universas
Rosas tenellas, pulcas,
Pulcerrimas rosellas,
Tenerrimas rosellas
Omnes et universas
Eius labrum præcellit:
Eius tenellum collum,
Nitidum venustulumq;
Mellitulum lacteumq;

Roseumq; candidumq;
Vincit nivem Siboniam.
Et hæc puella pollens
Virtutibus tam claris,
Quam tibi dicavit Ihesus,
Præcateris puellis
Tibi placet, placebit.
Iccirco, Sponsæ belle,
Vitam tuam consumes
Cum Sponsula tua, cum
Uxorcula Sophiæ,
Amasia maritâ,
Rosa, rosella bella;
Quemadmodum Turtur cum
Patiente Turturilla,
Quemadmodum suavi cum
Columbulâ Columbus.
Heus belle Sponse, Sponsam
Tuam Sophiam pulcram,
Pulcerrimam puellam
Puellarum porro
Columbulam vocabis
Tuamq; Turturillam.
O quid jubes, quid dicis?
Vocabo Turturillam,
Columbulam vocabo,
Subinde milleformem,
Subinde millelinguem,
Subinde blandicellam,
Subinde mollicellam,
Subinde mellicellam,
Bellam decorulamq;
Decorulamq; bellam
Columbulam meamq;
Meamq; Turturillam
Vocabo, nominabo.

Sed

Sed te Sophia rursus,
Tibi dicata soli,
Columbulum vocabit,
Solumq; Turturillum.
Quid porro me vocabit?
Quid porro te vocabit?
Ragas, beate Sponse,
Cerviculum, quid inde?
Vulpeculum, quid inde?
Ranuscum, quid inde?
Passerculum, quid hoc est?
Passerculum vocabit:
Sic illa me vocabit?
Sic illa te vocabit.
Subinde sed quod addet?
Sigillum amoris addet,
Amplexuum ter mille,
Ter mille basiorum.
Hac proferet Sophia

Tandem Fridriculosq;
Sopholasq; tandem
Hac proferet Sophia:
Sed ego nec addam pluram
Sponsi novi beati
Non in Deum peccate,
Sed paginam tractate,
Vos perpetim sacratam;
Vos otium haud amate,
Sed vos domum curate
Curâ sagaci vestram.
Sapientiam tenete,
Tenete Veritatem,
Patientiam favete.
Sponsi novi beati
Sponsi novi virete,
Sponsi novi vigete.
Tandem valete Sponsi.

F I N I S.



Id 4206
8°

ULB Halle
004 167 287

3



f
Sb

+90
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,
da Hochr.

EO-Bg-


Jul. 01

Ec 14
24. VD 17 Me



Farbkarte #13

B.I.G.



atissimi,

D I S

C I,

cissimâ

I T H II
narii

uarii

ferum,